



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 54. Italorum vota de Synodo Romæ celebranda

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

convocaturum Clericos, eosque ad acce- Sæcul. XV.
ptandas, quæ cauſis Ecclesiæ multum A. C. 1443.
proficuæ effent, propositiones compulsu-
rum, ea tamen lege, ut illi ad se legatum
decernerent. Placuit Basileensibus Du-
cis consilium.

§. LIII.

Felix Basileam redire detractans.

Sub idem tempus Felix in graves ad-
versus Basileenses prorupit querelas,
quod, antequam ad Papatum vocaretur,
promisissent, se ad solempnes legationes
necessarios sumptus suppeditaturos; cum
tamen nullatenus hucusque datam fidem
liberassent, & ipse ad filiorum suorum
hæreditatem insumendam coactus fuisset.
Cum vero ex illius absentia multum au-
toritati Concilii decessisse videretur, Ba-
fileenses eundem rogabant, ut Basileam
rediret, quibus ille reposuit, se propria
edoctum experientia scire, longe melius
Ecclesiam Lausannæ, quam Basileæ gu-
bernari, multosque eum ibi convenire,
qui tamen nunquam Basileam ituri ef-
fent, ac propterea firmo constituisse ani-
mo, deinceps in dicta urbe permanere.

§. LIV.

*Italorum vota de Synodo Romæ
celebranda.*

A Iphonsus, Veneti, Florentini, Senen-
ses, aliique Italiæ Principes ad Cæ-
farem

Sæcul. XV farem literas dabant, atque eidem per-
A. C. 1443. suadere conabantur, ut Concilium Ro-
 mæ in Palatio Lateranensi convocari per-
 mitteret, illucque suos Prælatos ire ju-
 beret. Detrectabat Fridericus hac super-
 re suam edicere sententiam, priusquam
 Norimbergensis Conventus ad Sancti
 Martini solemnia indictus celebraretur;
 unde literas ad Reges, & Principes per-
 scripsit, quibus eos, ut suos Norimber-
 gam Legatos mitterent, hortatus est.
 Ad id vehementer illum stimulabant pre-
 ces Francorum Regis, qui declarabat,
 omnium tutissimam, magisque expeditam
 schismatis extinguendi viam esse, si Prin-
 cipes, eorumque Oratores in quodam
 loco communi convenirent, ibique de
 mediis ad reddendam Ecclesiæ pacem
 opportunis ex plurimorum suffragio de-
 cernerent.

§. LV.

*Imperator tam de Eugenio, quam
 Basileensibus conquestus.*

Æn. Sylv.
Epiſt. 54.
55.

Narrat Æneas Sylvius, qui tum Fri-
 derico a secretis erat, Cæfarem da-
 tis literis Franciæ Cancellario significa-
 se, Carolum Regem sibi tale præbuisse
 consilium, cui se morem gerere decre-
 visset; satis enim aperte se cognoscere,
 neque ab Eugenio, neque a Basileensi-
 bus novam Synodus congregandi pro-
 positum